



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Tractatus De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

18. An Episcopus habeat ius carceris?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

Opus non esset, si homines Spiritus sancti legibus & decretis, quibus creditæ pecuniæ usuræ condemnantur, & mutuum gratis proximo ob charitatem dandum iubetur si regi paterentur, Imp. Leo. Nonell, vt ad Trident. Vsur. pecun. mut. 83. teste Miard. lib. 2. cap. 72. nu. 11.

## TITVLVS XVIII.

## An Episcopus habeat jus carceris.

1. **I**N causis Ecclesiasticis & mixti fori Episcopus habet jus carceris contra clericos.
2. In casu necessitatis implorat brachium seculare.
3. 5. Contra laicum non habet jus capture, nisi eam facultatem præscripserit, vel vtramq; iurisdictionem habeat.
4. Contra laicum vtetur litteris requisitorijs ad iudicem laicum.

**I**N delictis ecclesiasticis & mixti fori, habet Episcopus ius capture & carceris contra clericum. *c. dilectis filijs. x. de appell. c. cum Episcopus. x. de offic. ordin. in 6.* nec implorat seculare brachium, nisi in casu necessitatis, quando eius potestas, propter clericorum rebellionem, non sufficit, vt est omnium sententia, juxta Couar. *præct. quæst. cap. 10. nu. 2. Vers. quarto fac. o. cum non ab homine. x. de iudic. an contra laicum, controvertitur, vt patet apud Lol. lord. in tract. de sed. Roma. origi. cap. 8. per tot. Iacob Sbrotz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 152. Couar. d. nu. 2. & magis verum & receptum asseritur, quod non. Clar. in §. fin. quæst. 37. nu. 8. Francis. Marc. quæst. 448. per tot. part. 1. sed*

C

vte-

vetur litteris requisitoriis ad iudicem laicum non præceptoriiis, *Couar. d. loc. nu. 1. & seq. per c. 1. & ibi gl. x. de offic. ord. in. Marra de Iuris d. Eccle. part. 2. cap. 52. nisi facultatem incarcerationandi præscripsisset. Clar. & Serez. d. loc. vel simul temporalem siue laicalem Iurisdictionem haberet, vti Episcopi in Germania, inf. tit. 20.*

## TITVLVS XIX.

An in foro Ecclesiastico punitus in foro seculari iterum puniri possit.

1. **I**N foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro fori aliam sustinere cogitur.
2. Imo in foro Ecclesiastico punitus à Iudice laico puniri potest.
3. Sententia in foro Ecclesiastico lata non parit exceptionem rei iudicatæ in laico.
4. Absolutus in foro Ecclesiastico seu pœnitentiæ non obstante documento absolutiōis potest accusari de nouo.
5. Nisi imposta pœna sit delicto commensurata.
6. Idq̄, propter authoritates Doctorum seruandum in praxi.

1. **I**N foro pœnitentiæ pœnam sustinens, in foro fori aliam sustinere cogitur. *c. admonere. 33. q. 2. gl. fin. in c. de his. x. de accusat. diuerso fine & effectu, illam, vt satisfaciat Deo. c. placuit. 21. q. 5. hanc vt reipublicæ. l. licitatio. §. illicite. ff. de public. quin amplius in foro ecclesiastico punitus iterum à iudice laico puniri potest. rex. in c.*